



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Qvæstio XXIX. De personis diuinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

animaduerte, relationem, & processionem in Deo esse idem ex natura rei, etiam virtute, ut in sequentibus fieri manifestum.

Circa primam maiorem huius totius progressus animaduertendum est, intelligendam esse solum de relationibus primi & secundi generis eo loco ab Aristotele numeratis: relationem namque realem tertii generis, nempe mensurati ad mensuram, qualis est scientia ad scibile, ostendit D. Thomas in response ad primum non habere locum in Deo: eo quod in ipso relatio intelligentis ad rem intellectam, & voluntatis ad rem volitam, sint relations rationis. Cetera, quae circa eamdem maiorem dicuntur, copiose ad prædicamentum relationis sunt explicata.

Circa primam partem minoris, illiusque probationem, quæ probatur in Deo non dari relationem realem, quæ fundetur in quantitate, eo quod in Deo nulla sit quantitas, animaduertendum est. Probationem non esse satis firmam: quantitas ianque, quæ satis est, ut sit ratio fundandi relationem realem, non est quantitas molis, sed unitas, aut multitudo quocumque modo, ut ad prædicamentum relationis explicauimus: probatio vero D. Thomas loquitur de quantitate molis. Inferius autem quæst. 42. ostendemus, eiusmodi relationes, quæ tamquam rationem fundandi exigunt unitatem, ut sunt similitudo & equalitas, non esse relations reales in Deo: quod etiam D. Thomas hoc loco in response ad quartum pollicetur se eo loco praestitum, cæque de causa videtur probationem illam minoris non multum expendere.

Circa quatuor relations reales, quæ sunt in Deo, non in Deo, animaduertendum est, non esse quatuor res, sed tres tantum. Ratio est, quoniam licet quatuor carum sint res, sed singulatim re ab aliis, nempe à relatione sibi opposita: spiratio tamen actio non distinguitur à paternitate & filiatione, quibus non opponuntur. Quare non in eo sensu dicuntur quatuor relations reales, quasi sint quatuor res, sed quia sunt quatuor rationes formales relationis realis, virtute falsum, atque ratione inter se distincke.

## DISPUTATIO II.

*Vtrum diuina relatio in commune uniuocum quippiam sit, an analogum ad singulas quatuor relations diuinis.*

*A* d hanc questionem paucis dicendum est, nō esse uniuocum quid, sed analogum. Quod probari potest. Primo, quia si relatio in diuinis esset quid uniuocum ad singulas relations, vel esset illis communis communitate reali, qualia vna numero relatio esset intrinsecus omnibus quatuor relations, eo modo quo essentia diuina communis est communitate reali tribus suppositis diuinis, vel esset illis communis communitate rationis, ita scilicet ut ratio relations in illis diuideretur, & contraheretur ad paternitatem, filiationem, &c. Primum dici non potest, quia tunc quatuor relations diuina, non essent quatuor, sed una tantum: sicut tres persona diuina non sunt tres Dei, sed unus Deus, eo quod una tantum numero Deitas sit in tribus personis. Si vero detur secundum, sequitur relations diuinas constare genere & differentia, ac proinde in eis esse compositionem metaphysicam, quod cum diuina simplicitate pugnat. Consecutio probatur, quoniam nihil tunc esset, per quod relatio diuina in commune reiceretur à ratione genera-

*A tis, maxime cum, eo dato, relationes oppositæ discordare non essent differre solo numero.*

Secundo, relationibus constituantur ultimè supposita diuina in eis suppositorum: id autem, quod ultimum constituit suppositum, est quid incomunicabile, & primù diuersum: ergo relations diuinae in nullo uniuoco conueniant, sed se totis distinguuntur.

Est igitur relatio diuina in commune analogum quoddam proportionalitatis ad quatuor relations diuinæ. Et enim, ut paternitas se haberet ad suppositum Patris, quod constituit: est enim principium referendi, & distinguendi Patrem à reliquis personis: ita se habent reliqua relations comparatione suppositorum quæ constituuntur.

## QUESTIO XXIX.

De personis diuinis.

*In articulum 1. 3. & 4. item in 4. questionis sequentis.*

## DISPUTATIO I.

*Quid sit persona, & an in diuinis sit concedenda.*

*D*ISSE RIT deinceps D. Thomas de personis diuinis. Primò in generè usque ad quæst. 33. deinde de singulis in particulari. Placuit quatuor articulos propositos hac & sequenti disputatione simul explicare propter connexionem rerum, quas in eis D. Thomas pertractat.

Personæ definitur à Boëtio in libro de duabus *personæ definitione*. naturis in hunc modum: *Est rationalis natura individualis substantia*. A Richardo vero 4. de Trinitate, cap. 22. definitur, *rationalis naturæ incommunicabilitas existentia*. Vtique definitio eundem sensum habet. Et enim Boëtius, per individuum substantiam, incommunicabilem intellexit. Richardus vero nomine existentia, vel intellexit substantiam, vel existens, sumpto abstracto pro concreto: existens vero incommunicabile substantia incommunicabilis est.

Circa utramque definitionem notandum est primo. N omne, *natura rationalis*, intelligi hoc loco naturam intellectuali, quæ communis est diuina, angelicæ, & humana. Secundo animaduerte substantiam incommunicabilem, & suppositum idem esse. Quod fit, ut quecumque suppositum non est à ratione personæ, per partem illam definitionis, *substantia individualis*, hoc est, incommunicabilis, reiciatur. Reiciuntur ergo accidentia omnia, non solum quod substantia non sint, sed etiam quod substantiæ, tamen subiectus, quibus insunt, communicantur. Deinde parres omnes, substantiæve incompletae, etiam rationalis animus: eo quod communicantur, possint utriusque natura communicari suppositis, quorum sunt partes. Excluditur præterea humanitas Christi, spiratio activa, spirator, natura diuina, arque hic Deus. Esto namque haec omnia individua quædam sine completa: humanitas tamen Christi Verbo diuino communicata est, à quo sustentatur: spiratio activa, & spirator communes sunt Patri & Filio: natura vero diuina, sine in concreto sive in abstracto concipiatur, communicata est tribus suppositis diuinis. Quod fit, ut nihil horum rationem vel personæ, vel suppositi habeat. Denique per partem illam definitionis, *rationalis naturæ*, excluduntur à ratione personæ supposita omnium aliarum natu-

*Humanitas  
Christi non  
est persona.*

xarum ab Angelica, humana, & diuina. Ex quibus colliges, sola hæc trium naturarum supposita rationem personæ sibi vindicare. Inferes etiam, tria hæc, individuum, suppositum, ac personam, habere se tamquam superioris & inferioris: quippe cum persona omnis sit suppositum, non tamen omne suppositum sit persona: eodemque modo suppositum omne sit individuum, non tamen omne individuum sit suppositum: individua namque, non solum accidentium, sed etiam exteriora, qua ex eo capite à ratione personæ reenuntur, quod communicata sunt, communicari possunt aliis, supposita non sunt. Hæc quod attinet ad primum corum, qua propo-

*Conclusio.  
Personam in  
diuinis esse  
coerendam.*

Quod attinet ad secundum, sit hæc conclusio. Concedenda est persona in diuinis in hæc acceptio-ne, de qua Theologi loquuntur. Hæc est de fide, vt constat ex illo symbolo Athanasij secundum versio-nem Latinam, que canitur in Ecclesia. *Alia est per-sona Patris, alia Filiij, alia Spiritus sancti.* In confessione fidei, quam scribit Damasus ad Paulinum, si quis, inquit, tres personæ non dixerit veras, Patris, & Filiij, & Spiritus sancti, aequales, & anathema sit. In Concilio Hispalensi I Lcano, 13. Confitemur Domi-num nostrum Iesum Christum eternaliiter ex Patre Deum natum, temporaliter ex utero gloriose virginis Mariæ hominem editum, & ob hoc in una persona duas nature habentem, &c. In Concilio Toletano II. in confessione fidei. *Cum relatiue tres persone dicantur.* In Lateranensi cap. Firmiter, & cap. Damnamus, de summa Trinitate, & fide Catholica, *Pater, Filius, & Spiritus sanctus tres quidem persona, & una essentia:* quod idem frequenter in pluribus, alios Concilios inculcat. Idem docent Augustinus 5. de Trinit. cap. 8. & 9. & 7. de Trinit. cap. 4. & 5. Hieronymus in epistola ad Damasum que incipit: *Quoniam vetero, & habetur in 2. tono.* Et super epistolam ad Galatas, cap. 4. Richardus 4. de Trinitate. Anselmus Monologion, cap. 76. & de incarnatione Verbi, c. 8. Denique Sancti communiter utuntur nomine personæ ad significandam personas diuinas.

Valla garrit vel potius su perbe infa-nit. Post hæc omnia Laurentius Valla 6. lib. Elegan-tiarum, cap. 34, adeò insinuit, vt, reprehendens Boetium, quod personam in significatione explicata definit, super hæc insinueratque dixerit: *Huic homini Romani ostendam Romane loqui nescire. Per-sona namque non est in Deo magis quam in bruto.* Sa-tius vero illi suister intra tuos se limites continere, nec arroganter in Theologia falcem mittere. In thesauro lingua Latina, verbo *persona*, testimonia multa, ex Cicerone inuenies, quibus autem illius operis ostendit personam apud Ciceronem sepe pro homine, in ea significatione, qua à Boetio est definita, Hispanoque sermone *persona* dicitur, usurpat. Sane quod Hispano sermone persona in ea significatione dicitur, non aliunde, quam ex latinitate originem traxit. Quare licet apud Cicero-nem, alioquin Latinos eius temporestatis non reperi-rettur in ea significatione, dubitandum tamen non est, saltem post illa tempora, quando Latina lingua suam amissi puritatem, vocabulum in ea signifi-catione à Latinis ususle usurpatum. Sancti vero, & Concilia uebantur verbis in ea significatione, qua iporum temporibus erant in usu.

### D I S P U T A T I O I I .

*Quid dicat persona de formalitate?*

*H*oc loco non disputamus, quid Petrus, Pau-lus, Gabriel, Michael, Pater, Filius, & Spiritus

sanctus, & ceteræ res, quaæ personæ, aut supposita dicuntur, addant supra naturas, quarum sunt sup-posita: ea enim disputatio ad traditionem de in-carnatione spectat: sed quod in questionem voca-mus, illud est, quid vocabulum, persona, illis omni-bus commune, de formalitate, immediate significet, atque adeò quidnam sit id, quod Boëtius & Ri-chardus suis definitionibus definierint.

Diuus Thomas artic. 4. huius quest. 4. item ar-ticulo questionis sequentis, ac plerique alii in t. d. 2. 3. & 25. vbi Doctores de hac re differunt, arbitratur, personam formaliter ac immediate dicere quid reale. Eorum sententia in hunc modum ex-plicatur. Putant vocabulum, *persona*, vt dicitur de humana, angelica, & diuina, significare in recto gra-dum illum, a quo vnaqueque persona, verbi grati-a, Petrus, Michael, Pater, aut Filius haberet, ut sit, quid subsistens incommunicabile, ac proinde quid distinctum a quoque alio in natura communi, cuius est personæ obliquo vero naturam ratio-nalem, cuius est persona. Quare, inquit, cum per-sonæ diuinæ à relatione habeant ut sint, quid sub-sistens incommunicabile, & ut distinguantur ab in-uicem: ut, vt quemadmodum persona in commune de formalitate dicit in recto gradu, a quo vnaqueque habet, ut subsistat incommunicabiliter, & ut distin-guantur à quacumque alia: in obliquo vero naturam rationalem in commune: ita persona diuina de for-malitate dicit in recto relationem, a quo vnaqueque persona habet, ut subsistat incommunicabiliter, & ut distinguantur à quacumque alia persona diuina: in obliquo vero essentiam diuinam, cuius est per-sona. Articulo quarto huius questionis tradit etiam D. Thomas sensum, in quo affirmat concedi posse personam diuinam dicere in recto essentiam diuina-  
D. Thomas  
aliorum sententia.

Addit D. Thomas, personam diuinam significa-re in recto relationem, non per modum relationis sed per modum substantie. Hoc autem, salvo me-liori iudicio, iuxta hanc sententiam ita intelligi. Quemadmodum paternitas creata, & habet, ut sit quoddam relatio, qua duo ex natura rei idem prorsus sunt: potest tamen confusè concipi, ut hoc accidens, non attendendo an relatio sit necne, & rursus, ut hæc singularis relatio: ita paternitas diuina, cum & substantia sit, & relatio, quæ duo ex natura rei idem prorsus sunt, con-cipi potest confusè, ut hæc numero substantia, non attendendo utrum relatio sit necne, & rursus, ut hæc numero relatio. Inter hos autem diuersos con-ceptris est virilique hoc discrimen: quod primo conceptu concipiatur, & significatur paternitas, non per modum relationis, sed per modum absolutissi-mo vero concipiatur & significatur per modum relationis. Atque hinc est, quod quemadmodum oftenso patre creato, sumptuose formaliter, non dicimus, hoc accidens in concreto est huius acciden-tis, putat filij, hoc accidens: dicimus tamen, hic pater est huius filij hic pater: ita oftenso Patre æternō, no dicimus, *hec hypostasis, aut substantia incommuni-cabilis, putat Filiij, hypostasis, & substantia incommuni-cabilis*: sed dicimus, hic Pater est huius Filiij Pater, idque propter solum modum significandi terminorum. Quia ergo hoc nomen, *persona diuina*, si-gnificat in recto relationem diuinam, non per modum relationis, sed per modum substantie modo explicato

explicato (ad rationem namque persona impertinens est id, quod persona dicitur, sitne relatum an non, dummodo tamen substantia sit incommunicabilis naturæ aliquius rationalis) inde, inquit autores opinionis, quam explicamus, est, quod persona diuina, ut significatur hoc nomine, persona, non dicatur relatiuè ad aliam personam: neque enim ofteno Pater aeterno recte dixerit, *hec persona est, hucus alterius persona, putu Filii, persona.* Atque in hoc sensu intelligunt Augustinum 7. de Trinitate, cap. 6. dixisse: *Cum dicimus personam Patris, non aliud dicimus, quoniam substantiam, id est, hypostasim Patris: ad se quippe dicitur persona, non ad Filium.* Quod si ab autoribus huius opinionis postules, quanam communitatem persona diuina tribus personis sit communis? Respondent, non esse communem communitatem reali, quasi detur una persona numero, quæ sit in tribus personis diuinis, eo modo quo una numero essentia est in illis: sed esse communem communitatem rationis. Addit vero D. Thomas artic. 4. questionis sequens, non esse communem eo modo, quo species communis est individuus, sed esse communem eo modo, quo individuum vagum aliquius speciei commune est individuus eiusdem speciei, vt quidam homo singulis hominibus, nempe, Petro, Paulo, &c. Quia enim illud individuum vagum significat naturam humanam cum modo effendi determinato, qui singulis hominibus competit, videlicet esse quid subsistens distinctum a reliquo, prædicatur de singulis hominibus. Addit idem sanctus Doctor, hoc esse discrimen inter vocabulum, *persona,* & *individuum vagum cuiusque speciei,* quod individuum vagum significat naturam, cuius est individuum, in recto, cum modo illo existendi, qui competit singulis individuis sub eadem natura contentis: vocabulum vero, *persona,* non significat naturam in recto, sed in recto quidem modum illum existendi, in obliquo vero naturam: significat namque subsistens in natura distinctum a reliquo.

Sententia haec multo obscurior, quam à nobis sit explicata, à suis patronis proponitur. Ac quamvis, qui eam verati iudicaverit, possit illam defendere, nobis tamen alia opinandi ratio haec in re videtur longe probabilius. Non enim arbitror personam de formaliter significare aliquid reale, sed in concreto quipiam rationis, supponeremque pro rebus, quae dicuntur personæ: quare haec propositiones, *Pater est persona, Filius est persona,* non milie videntur essentes, sed accidentarie sicut & haec, *Socrates est individuum, Michael est individuum.* Probari autem potest nostra sententia primò, quoniam persona à Boëtio definitur per *individuum*, à Richardo vero per *incommunicabile*: haec autem de formaliter, non reale aliquid, sed rationis significat.

Secundò, quoniam vel persona significat primò & formaliter id reale, cui conuenit, vt sit persona, nempe Petrum & Ioannem, vel significat aliquid aliud formaliter, ac in concreto, & supponit pro re, quæ dicitur persona. Si detur primum, cum ad reale, cui conuenit, vt sit persona, constitutur intrinsecè & essentialiter ex natura rationali, cuius est persona, vt Pater aeternus ex essentia diuina, & Socrates ex natura humana, falsum esset, quod ab autoribus huius opinionis dicitur, personam videlicet non distingue in recto naturam rationalem, cuius est persona, quippe cum manifestè sit, tam in Socrate, quam in Patre aeterno, illam in recto includi. Præterea, ex dato, haec propositione esset falsa, *Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres persona;* cum tamen sit fidei contrarium. Consecutio probatur, quia cum perso-

**A**na sit nomen substantiū, sane si de formaliter in personis diuinis diceret essentiam diuinam, cùm, vt nomen substantiū pluraliter dicatur, necessaria sit pluralitas significati formalis, haec esset falsa, *Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres persona diuina:* quippe cùm essentia diuina in eis inclusa non multiplicetur. Si vero detur secundum (vt dare videntur autores opinionis, quam impugnamus) cùm id reale, quod vnaquaque persona addit supra naturam, sit quid incommunicabile, ac alterius, & alterius rationis in alia ac alia persona, tam creata, quam increata, certè commodiū dicetur vocabulum *persona* (quod de singulis personis dicitur) significare de formaliter modum rationis, qui hos distinctos gradus in singulis personis consequitur, supponere vero pro rebus realibus, quae dicuntur persona, quam significare gradus ipsos: neque enim singi potest quid aliud vocabulum *persona* significare, quam vel hos gradus indistinctè, vel modum rationis communem personis, qui eos consequitur.

Confirmatur haec ratio, quoniam si persona de formaliter significaret id reale, quod vnaquaque persona addit supra naturam, sane persona Patris relatiuè diceretur ad Filium, non solum quatenus Pater, sed etiam quatenus haec persona: quodquidem significatum formale huius personæ, vt haec, non est aliud, quam relatio realis ad Filium: significari vero distinctè sub ratione huius paternitatis in concreto, non tolleret rationem huius personæ, qua haec numero persona est, si formale huius personæ, quatenus haec persona est, non est aliud quam paternitas ipsa in concreto, quam paternitas ac relatio est: Sancti autem non concedunt personam Patris, secundum esse huius personæ, relatiuè dici ad Filium, quasi in re sit Filii persona, neque usus loquendi, aut veritas id permittit.

Confirmari etiam potest, quoniam cum singuli gradus reales, quibus singula persona tam creata, quam increata constitutur, ultimò in esse Socratis, Michaelis, Patris, &c. sine simplicissimi, & priuè diuersi, ac proinde nullam inter se habeat convenientiam essentiæ, difficile adnodum intelligi potest, quoniam ratione formari posuit conceptus, vel vniuersus, vel analogus, quo illi soli in communione, & in concreto coecipiantur, ita ut conceptus ille communis non sit ceteris gradibus, non solum simplicibus substantialibus, quales sunt differentiae omnes specificæ substantiales, sed etiam simplicibus accidentiis, quales sunt principia individualizationis, ac coram differentiæ specificæ.

Tertiò, persona afficitur signo particulari, quenam admodum & quodvis aliud vnauerale: dicimus namque quoniam persona generat: ergo persona non est quipiam communis multis instar individui vagi. Pater consequenter, quia individuum vagum non afficitur iterum signo particulari: necepsè quippe dixeris, quidam aliquis homo. Neque satisfacit responsio: Capreoli in 1. dist. 25. nempe id, quod est communis in istis inividuis vagi, quoniam significat in recto modum cuiusque individui, & non naturam, posse affici signo particulari, non vero individuum vagum, quod significat naturam & modum. Non, inquam, satisfacit haec responsio: quia individuum vagum ex eo non potest iterum affici signo particulari, quia significat modum existendi particulariter, qui modus existere nequit particulariter per alium modum: si ergo persona significat eundem modum de formaliter & in recto, non poterit existere particulariter per aliud modum, ac proinde neque affici signo alio particuliari. His accedit, individuum vagum, vt quidam homo,

Durandi  
opinio.

Torres.

Impugnatur.

Scoti & au-  
toris senten-  
tia.  
Nomen per-  
sona quid dicitur de formaliter significare in concreto incom-  
municabile natura rationalis: supponere verò pro  
rebus realibus, quibus conuenit huiusmodi incom-  
municabilitas. Porro incomunicabilitas negatio  
quædam est, aut si mavis (arque hoc censeo proba-  
bilis) dic, sicut vnum de formaliter dicit individu-  
num in ente, eaque de causa includit ens, & addit  
individuenum, & ob id vnum numero est ens indi-  
viduum in se, & diuisum à quocumque alio: ita sup-  
positum dicens individuum seu incomunicabil-  
em substantiam, & properterea includere substantiam  
in suo significato formaliter, & addere incommu-  
nicabilitatem, per quam contrahitur ad esse supposi-  
tum. Personam verò addere supra suppositum,  
quod sit natura rationalis. Opinio haec probatur  
primo ex definitionibus Boëtij & Richardi: affir-  
mant enim personam esse substantiam individuum,  
id est, incomunicabilem. Secundo probatur, quo-  
niam ea data, cessant expositae huius rei, difficulta-  
tes, arque omnia rectè constant.

## ARTICVLVS III.

*Virum sicut in diuinis concedimus esse tres  
personas; ita concedendum sit esse  
tres substantias.*

homo, esse complexum quoddam, ac vnum per ac-  
cidens: idem, quippe est diceré, quidam homo, ac di-  
cere, vnum homo, & dicere quidam homines, ac multi  
homines: quare dictio, quidam, non significat id rea-  
le, quo individua naturæ, cui applicatur, constituun-  
tur ultimè, ac distinguuntur ab invicem.

Hac ergo opinione relicta, Durandus in 1. dist.  
23, quæst. 1. in eam inclinat sententiam vt dicat,  
vocabulum, persona, de formaliter significare in con-  
creto quamdam intentionem secundam, supponere  
verò pro individuis constitutis ex natura rationali,  
cuibus sunt individua, & ex proprietatis personali-  
bus. Eamdem sententiam affirmant Torres hoc  
loco, & quidam alij.

Sententia hæc, licet magis ad veritatem accedat,  
non videtur tamquam omnino rei propositione scopum  
attingeret: quod ostenditur. Primo, quoniam cum  
intentionem tamquam à ratione fundandâ ab opere in-  
tellectus pendeat, concedendum est, seclusa intel-  
lectus operatione, non esse in Deo tres personas,  
nisi fundamentaliter, ac in potentia, solum quoad  
significatum formale vocabuli persona. Secundo,  
quoniam omnis intention secunda est relatio: quare  
si persona, in concreto significat intentionem se-  
condam, habebit correlatum quod ei respondeat,  
quod tamquam non facil ostenderet, quod illud sit.  
Si quis forte dicat, correlatum esse naturam rationalem, communem communitate reali, vel rationis, is debet animaduertere, esto per impossibile  
in natura diuina non esset communitas realis, sed  
Deus esset, quem illum crediderunt Philosophi,  
nihilominus futuram in Deo vnam personam dum-  
taxat, vi Iudei, & Gentiles Philosophi arbitrantur:  
quare ad rationem personæ necessarium non est, vt  
natura, cuius est persona, sit communis. Addo, natu-  
ram rationalem, quæ natura rationalis est, non esse  
relatum: quæ communis verò quid est, referri qui-  
dem ad particulare, subiectibile, quæ tale est: per-  
sona autem, quæ persona, non subiectibile quid, sed in-  
communicabile, subsistens in natura rationali vi-  
detur significare.

Est ergo tercia opinio Scotti in 1. dist. 23, & 25.  
quam amplectendam censeo, assertis, vocabulum,  
de formaliter significare in concreto incom-  
municabile natura rationalis: supponere verò pro  
rebus realibus, quibus conuenit huiusmodi incom-  
municabilitas. Porro incomunicabilitas negatio  
quædam est, aut si mavis (arque hoc censeo proba-  
bilis) dic, sicut vnum de formaliter dicit individu-  
num in ente, eaque de causa includit ens, & addit  
individuenum, & ob id vnum numero est ens indi-  
viduum in se, & diuisum à quocumque alio: ita sup-  
positum dicens individuum seu incomunicabil-  
em substantiam, & properterea includere substantiam  
in suo significato formaliter, & addere incommu-  
nicabilitatem, per quam contrahitur ad esse supposi-  
tum. Personam verò addere supra suppositum,  
quod sit natura rationalis. Opinio haec probatur  
primo ex definitionibus Boëtij & Richardi: affir-  
mant enim personam esse substantiam individuum,  
id est, incomunicabilem. Secundo probatur, quo-  
niam ea data, cessant expositae huius rei, difficulta-  
tes, arque omnia rectè constant.

## Artic. ij. Disput. j.

D I S P U T A T I O n. I. capitulo  
A R S quæ negat suaderi potest pri-  
mo, quoniam Hieronymus in epist. ad Damasum citata renuit cōcedere tres  
personas diuinæ esse tres substantias.

Ait enim: Sufficiat nobis dicere vnam substantiam: & tres  
personas perfectas & aequales. Inī sacrificium existi-  
mat assercere, tres personas diuinæ esse tres substantias.  
Augustinus etiam 5. de Trinitate, cap. 9. Quia no-  
stra, inquit, consuetudo iam obtinuit, ut idem intelliga-  
mus cum dicimus substantiam, & cum dicimus essen-  
tiam, non audemus dicere vnam essentiam, & tres sub-  
stantias, sed vnam substantiam, vel essentiam & tres per-  
sonas: quod idem 7. de Trinitate, cap. 4. ad finem  
probat. Id ipsum affirmit Richardus 4. de Trinita-  
te, cap. 6.7. & 8.

Secundo, quoniam Concilia affirmit, Deum  
esse tres personas, & vnam substantiam, vt Tolera-  
num 6. cap. 1. de tribus personis dicit, substantia alter  
vnum sunt, subiungitque, in hac Trinitate tanta est  
vitas substantia, vt pluralitate careat. Concilii Tol-  
eranum 1. in confessione fidei: Nec, inquit, sicut  
tres personas, ita tres substantias prædicamus, sed vnam  
substantiam, tres autem personas. Lateranensi item cap.  
Firmiter, & cap. Damnamus, de summa Trinitate,  
& fide Catholica, tres personæ, sed vna essentia, sub-  
stantia, seu natura. Demum in Concilio Niceno  
definitum fuit, filii esse iūcūs patris, quod Latina  
Ecclesia vertit, consubstantiale Patri, vt habeat  
in symbolo Missæ: ergo tres personæ diuinæ non  
sunt tres substantias, sed vna tantum.

Pars verò, quæ affirmit, suaderi potest efficaci-  
mū rationibus. Primo, quoniam tres personæ diu-  
næ sunt tres res inter se re ipsa distinctæ: cum ergo  
non sint accidentia, fit, vt sint tres substantias. Et  
enim ens reale sufficienter dividitur in substantiam  
& accidentem: neque datur res, que medium quid sit  
inter substantiam & accidentem. Secundo, persona à  
Boëtio definitur; Individua substantia rationalis na-  
tive: ergo tres personæ diuinæ sunt tres individua  
substantias, atque adeo tres substantias. Confirmatur,  
quia vt statim videbimus, concedi debent in  
Deo tres hypostasis: cum ergo vnius esset idem sonet  
Gracie, quod Latine substantia, fit, vt cōcedendum  
etiam si tres personas diuinæ esse tres substantias.  
Tertio, Augustinus 7. de Trinitate, cap. 6. prope finem.

Ait si iam, inquit, placet, propera disputandi necessi-  
tatem, cum queritur quid tria dicere tres substantias, sine  
tres personas. Quo loco satius aperte admitti in rigor-  
e, atque ex proprietate sermonis, id posse concedi.  
Item 5. de Trinitate, cap. 8. ait: Nostri, id est, Latini,  
haec Graeco tractantes eloquio dicere consueverunt,  
vnam essentiam, & tres iūcūs, quod est Latine, vnam  
essentiam, & tres substantias. Hilarius etiam in libro  
de Synodis affirmit, se interfuisse, quidam synodo,  
vbi exp̄s admisimus est in diuinis tres esse sub-  
stantias. Et Anselmus Monologion, capite penulti-  
mo assertit, posse dīcī vnam essentiam, & tres personas,  
sine substantias. Ex de incarnatione Verbi, c. 8. Sicut,  
inquit, nos dicimus vnam substantiam, & tres personas,  
ita illi (Graci solliciti) dicunt vnam essentiam, & tres  
substantias: id ipsum per substantias, quod nos per perso-  
nas significantes, neque nobiscum aliquatenus in fide dis-  
crepant. Haec Anselmus. D. Thomas quoque hoc  
loco in responsione ad secundum concedit, nomen  
substantias accipi etiam pro hypostasi, atque suppo-  
sito apud Latinos. Idem affirmit quæst. sequenti  
articulo primo ad primum.

Vt dubio proposito satisfiat, sciendum est, voca-  
bulum,

bulum, *substantia*, tribus modis usurpari, ut in explicando prædicamento substantia adnotauimus. Vno modo, pro essentia, quam Græci *ésser* vocant. Hoc modo sumitur apud Aristotelem in definitio-ne æquiuocorum & vniuocorum, his verbis. *Ratio substantia nonini accommodata, &c.* & alias sępe. Sicut autem vocabulū, *essentia*, sumitur duobus modis, ita etiam vocabulum *substantia*, quod attinet ad hanc usurpationem. Vno pro sola natura communis suppositis, individuis; quo pacto proprietates personales, principiæque individuantia, sicut non dicitur de essentia, aut partes essentia, ita neque dicitur de substantia rei, aut partes substantia. Hæc acceptio essentia, & substantia, pro sola natura communis, non vero pro proprietatis personalibus, principiæque individuantibus, frequetissima est apud antiquos Philosophos, & Patres. Sanè Aristoteles solam naturam communem, & quæ illi interna sunt, quod quid est, essentiam, ac quidditatem appellat. Et 5. Metaph. cap. 8. textu 15. distinguens significations vocabuli substantia, ait: *Item quodquid erat esse, cuius ratio definitio est, & hoc vniuersusque substantia dicitur, statimque subiungit aliam vocabuli usurpationem, quæ suppositum, individuumve predicationi substantie dicitur substantia, dicens: Accidit igitur duobus modis substantiam dici, & ipsum ultimum subiectum, quod non dicitur de alio (id est, suppositum) & id quod, cùm quodquid sit, etiam separabile fuerit, ( id est, natura communis in eo inclusa, quæ proinde destructo supposito manet in aliis.)* Cyrillos etiam lib. 1. dialogorum de Trinitate, duobus foliis ante finem libri, hoc constituit discriben inter substantiam seu essentiam, & substantientiam, hoc est, suppositum: quod substantia, seu essentia sit sola natura communis suppositis: substantientia vero sit suppositum, rēs singularis ac incommunicabilis sub illa contenta. In confessione etiam Iustini, quæ habetur ad finem primi tomii Conciliorum, post Concilium Tolentanum secundum dicitur. *Non idem est natura & substantientia: omnes enim sancti Patres constanter nos docent, aliud esse naturam, & non substantiam & formam, & aliud substantiam, & non personam: & naturam quidem vel substantiam & formam, hoc quod est communis significare: substantientiam autem, & non personam, hoc quod est speciale.* Et Theodoreetus in additionibus ad Breuiarium Liberati 2. tomo Copeliorum ante Concilium Attuernense ait: *Natura & substantia in nullo differunt, nisi in nomine: natura enim substantia est. Substantia & persona in nullo differunt, nisi in nomine: substantia enim persona est, sed natura quidem & substantia generale quodcumque, substantia vero atque persona quodcumque proprium significant. Velut una communis omnium hominum natura est atque substantia: substantia vero & persona cuiusque hominis proprium. Et non quoniam innumerabiles personæ, & substantientiae sunt hominum, propter innumerabiles & nature, & non enim. Petrus enim, & Iacobus, & Ioannes unum quidem naturam & substantiam secundum quod homines sunt, &c. Hac Theodoreetus. Ex quibus constat antiquos Philosophos & Patres frequenter nomine naturæ, essentia, & substantia, id solum intelligere, quod commune est suppositis, praecindendo à proprietatis personalibus, differentiæque individuantibus: tandem interdum individua ipsa naturam substantialium substantias appellant. Sic enim*

A Aristoteles eiusmodi individua appellat primas substantias, & Boëtius, ac Richardus illas eisdem individua, incommunicabilèque substantias vocant.

Ex dictis colligas, merito diuinitatem, quæ communis est tribus personis diuinis, vocari essentiam. Licet etiam ea causa accedit, quod totum esse proprietatum personalium tamquam in radice sit in natura diuina, cum quo est omnibus modis idem ex natura rei. Intelliges ex dictis vetus dissidium inter Catholicos & Arium. His enim dicebat esse aliam natum, non solum numero, sed etiam rationis alterius in Parre, aliam in Filio, aliam in Spiritu sancto, ac proinde in tribus personis esse tres essentias, & naturas; Catholici vero solum vnam numero essentiam diuinam Dei, quatenus Deus est, in tribus personis diuinis agnoscant, affirmantes personas filios distingui proprietatis, relationib[us] realibus, cum essentia & natura diuina prorsus eisdem distinctionis tamē inter se secundum rem proprie- op-positionem relativa.

Alio modo sumitur substantia, ut dicitur à Substantia, 2. *Substantia* accidentibus, in qua acceptione substantia usurpatio. formaliter significat relationem substantis ad accidentis substantiarum: diuiditurque in substantiam primam, id est, quæ non mediante alia accidentibus substat, ut sunt supposita, individuavè predicationi substantie: & in substantiam secundam, id est, quæ secundariæ, mediante alia substar, quales sunt substantia viuierales, quæ medianibus singularibus substantiis accidentibus substant. Cum vero accidentis Deo repugnet, ratio quoque substantiae in hac acceptione ei conuenire non potest. Iuxta eam acceptiōne intelligendus est Augustinus 7. de Trinitate, cap. 5. *Cum Deum abusivè dicì substantiam afferat, quod accidentibus careat, licet propriissimam essentiam dei affirmet.*

In tertia usurpatione substantia dicitur à per se, 3. *Substantia* essendo, hoc est, non in alio tamquam in subiecto, acceptio. sumptaque hoc modo contra accidentis diuiditur. Omne namque ens reale, vel est in subiecto, vel non est in subiecto, hac enim duo pugnantia dicunt: quod si in subiecto sit, erit accidentis: si vero non sit in subiecto, erit ens per se existens in sensu explicato, atque adeò substantia.

His suppositis sit prima conclusio. Sumpta substantia in prima acceptione iuxta modum loquendi antiquorum Philosophorum ac Patrum, nempe pro essentia communis singularibus, tres personæ diuinae non sunt tres substantiae, sed vna numero substantia: allèrequé contrarium est error in fide. De substantia in hac acceptione loquuntur testimonia omnia, quibus pars quæ negat confirmata est, satilque aptè probant hanc nostram conclusionem.

Secunda conclusio. Sumpta substantia in tertia acceptione, hæc in rigore ac simpliciter est vera, tres personæ diuinae sunt tres substantiae. Idque aperi-tille latissime efficaciter probant argumenta ad ducta in confirmationem partis, quæ affirmat.

Tertia conclusio. Tum propter æquiuocationem, 3. *Conclusio.* vocabuli, substantia, quia interdum sumitur pro essentia communis, interdum vero pro quocumque ente reali existente non in alio tamquam in subiecto: tum etiam propter vnum sanctorum Parrum, & Conciliorum, qui nomine, substantia, in Deo intelligere consueverunt solum essentiam: dum denique propter cōtrouersiam, quæ fuit cum hereticis, communis in ea acceptione sine plures substantiae in Deo, an vna tantum, numquam absolute concedendum est, tres personas diuinas esse tres substantias: sed cum distinctione, nempe id verum esse, si substantia sumatur,

*Diuinitas  
cur essentia  
personalium  
diuinarum  
dicatur.*

*Arii & Ca-  
thericorum  
dissidium.*

*Substantia est  
à substantia  
dicitur Deo  
non conuenit.*

*Conclusio.*

*Cur non sit  
absolute con-  
cedendi, tres  
personas diu-  
nas esse tres  
substantias.*

## 420 Quæst. xxix. Artic. ii. Disput. ii. & iii.

sumatur, non pro essentia, sed pro re per se existente, id est, non in alio tamquam in subiecto, secus autem si sumatur pro essentia: aut nisi apposita particule aliqua, qua denotet sumi substantiam pro suppositis, ut si dicatur, sunt tres substantiae relativa, aut tres substantiae incomunicabiles. Atque hoc solum est, quod voluit Augustinus, & alij Patres, quos in confirmationem partis, qua negat, retulimus.

### DISPUTATIO II.

*Vtrum concedendum sit in Deo esse tria supposita, & tres hypostases.*

*Suppositum unde dicuntur.*

**Q**uod ad primum attinet, non dubium est, in Deo esse tria supposita. Personæ namque supposita quedam sunt: quare cum in Deo sint tres personæ, sit, ut sint tria supposita. Circa vocabulum vero, animaduerterendum est, suppositum dici quasi sub aliis positum, tam accidentibus, si sit accidentium capax (quod dico proper supposita diuina) quam prædicatis substantialibus. Quod autem aliquid omnibus aliis subiicitur, ex eo prouenit, quod sit substantia incomunicabilis: quare suppositum de formali incomunicabilem substantiam significat, supponit vero pro re substantiali, cui conuenit incomunicabilitas, ut articulo præcedente explicatum est. Ratio vero impositionis nominis est, quod talis res cateris rebus, & ipsi nulla alia, subiicitur.

*Hypostasis.*

**Quod pacto soleat usurpare.**  
*In hac Græcē idem, quod Latīnē dicitur substantia, significare. Boëtius dicit utrōcum dicit à substantio accidentibus, quod D. Thomas in reponsione ad tertium articuli tertij huius questionis exponit, ut intelligatur, quoad impositionem nominis, non vero quoad rem significatam. Vnde ut aliquid dicatur utrōcum necessarium non est ut accidentibus subiicitur: quemadmodum licet lapis à lacerdo pedem dicatur, necesse non est, ut omnis lapis pedem laceret. Quamvis autem vocabulum, hypostasis, usurpari etiam possit ad significandam quacumque aliam substantiam (quod pacto usurpari videtur ad Hebreos 1, vbi enim Latina versio habet: *Qui cimis sit splendor gloriae, & figura substantiae eius*, Græca habet *γενητικὴ τρία ἀρχαὶ αὐτοῦ*, id est, figura hypostasis eius) interdum tantum sumitur ad significandam solam substantiam incomunicabilem, & tunc hypostasis & suppositum idem sunt. Quare quemadmodum concedimus in Deo tria supposita, sic etiam concedi debent tres hypostases. Id quod confirmari potest, quoniam vbi in symbolo Athanasij Latinè dicitur, *alia est persona Patris, alia Filii, &c.* Græcē habetur: *alia est hypostasis Patris, alia Filii, &c.* Basilius præterea in epist. 43, ad Gregorium Nyssenum, *sicut* vult esse idem quod essentiam, *πότερον* vero rem individuam, & proprietatibus subsistentem: res vero proprietatibus subsistentes id ipsum est, quod est persona in diuinis. Præterea Damascenus lib. i. fidei orthodoxæ, cap. 10. In foliis, inquit, personalibus proprietatibus differunt ab inuicem tres sancte hypostases, non substantia, sed characterismo propria hypostases indiscretib[er]e discrete.*

**D. Hieronymus explicat.** Hieronymus, dum in epistola ad Damasum citata, concedere renuit in diuinis tres hypostases. Nam ratiocinatur, inquit, *tres hypostases, si placet, & una trinitas.* Nomen hoc non bona suspicione est. Et paucis interiecit: *Athi credite, venenum sub melle latet.* Dicendum nihilominus est, ob id. Hieronymum eo tempore renuisse concedere in diuinis tres hypo-

A statu, quod cum utrōcum, idem significet quod substantia, haeretici decipiebant rudes argumentantes, in Deo sunt tres substantiae: ergo tres essentiae. Ceterum postquam iam nunc vnu recepta est usurpatio hypostasis pro solis substantiis incomunicabilibus, audacter concedendum est, in Deo tres esse hypostases.

### DISPUTATIO III.

*Vtrum in Deo sint tres subsistentie.*

**B**VRANDUS IN 3. dist. 1. q. 2. in Deo vnam tantum Durandus, tria supposita diuina agnoscit subsistere: ita nimis, ut licet aduentu trium proprietatibus personalium resultent tres res proprietatibus ipsis inter se diuersè habentes essentiam communem, que proinde cum illis non efficit quatuor res: attamen eisdem proprietatibus aduenientibus non sequuntur tres subsistentie, quarum vna sit Patris, alia Filii, & tercia Spiritus sancti, que habeat communem subsistentiam diuinae essentiae: quin potius à sola subsistentia diuinae essentiae vult Durandus habere personas diuinias, quod subsistunt. Ideoque negat hanc propositionem, *tres diuinae personae sunt tria subsistentia substantia*: licet sint tres subsistentes adiecti, ad eum modum quo vnaque persona ab eadem numero deitate dicitur Deus, & ab eadem numero sapientia, & potentia, dicitur sapiens, & potens, eaque de causa negamus tres personas diuinias esse tres Deos, aut tria sapientia, vel potentia subsistentie: quoniam ut nomine concreto substantium pluraliter dicatur, opus est pluralitate significati formalis: dicimus tamen tres personas diuinias esse sapientes, & potentes adiecti.

**D** Hinc colligit illud, discernere inter suppositum creatum, & increatum: quod creatum complectur in esse rei subsistentis per suam proprietatem personalis seu suppositi, à qua proinde habet ut subsistat, & qua seclusa in reliquo nequit subsistentia reperi: suppositum vero increatum, putat Pater, aut Filius in diuinis, non compleetur in esse subsistentis per suam proprietatem personalis, neque ab ea habet, ut subsistat, sed à sola essentia, subsistentiaque essentiae: à proprietate vero personali habet, ut sit quippiam incomunicabile, atque adeò ut sit suppositum, ac persona. Quare, inquit, *ut alio habet, ut subsistat, nempe ab essentia, & ab alio, ut sit suppositum & persona, nempe à proprietate.*

Hanc suam sententiam probat Durandus. Primo, quoniam subsistere dicit perfectissimum modum essendi: sed in diuinis modus perfectissimum essendi est esse in se, & ad se, id est, esse absolutum, quod habent personæ ab essentia, non vero à proprietatibus personalibus, que sunt ab aliud: ergo subsistere solum conuenit diuinis personis ratione essentiae, & ab essentia, non vero ratione proprietatum personalium, & à proprietatibus personalibus.

**F** Secundò subsistere dicit perfectionem: ut relatio, proprietatis personalis, in diuinis nullam dicit perfectionem: alioquin aliqua perfectio esset in una persona diuina, que non esset in alia: ergo in personis diuinis vnicum tantum est subsistere diuinae essentiae, à quo solo personæ subsistere dicantur.

Tertio, quoniam Augustinus septimo de Trinitate, capite quarto probat, subsistere esse quid ab solutum, dicens: *Omnis res ad se ipsam subsistere dicetur, quanto magis Deus.*

Caietanus 3. p. q. 3, artic. 2, arbitratur, sicut esse

Prius Durandus, arguit.

Secundum.

Terzum.

Caietani, Mirandula, Scizzius, genitio.

ens reale conuenit personis diuinis non solum ratione essentia, sed etiam ratione relationum, id est in Deo sunt tres res relativa, & una absoluta, quæ cum sit idem cum relativa, non efficit cum illis quatuor res, sed tres tantum, ut Concilium Lateranense cap. *Damnamus*, de summa Trinitate & fide Catholica optimè definit: si etiam subsistere conuenire formaliter personis diuinis, non solum ratione essentia, sed etiam ratione relationum, & idcirco in Deo dari vnam subsistentiam absolutam essentia diuina communem tribus personis, & tres relationes trium personarum diuinorum, quæ similiiter cum absoluta diuina essentia non efficiunt quatuor subsistentias, eò quod sint idem prorsus cum ea. Addit Caietanus, esto vnaquaque persona à relatione habeat formaliter suam peculiarem subsistentiam, radicaliter tamen habere illam ab essentia: quid enim relatio in diuinis substantia sit, & non accidens, habet id ab essentia tamquam à radice: quare quod constituit quid substantia incommunicabile, ac proinde subsistens, habet formaliter a se, sed radicaliter ab essentia. In eadem sententia sunt Miranda in sua summa Conciliorum in adnotacionibus ad epistolam Sophronij, quæ habetur in 6. Synodo actione 11. & Scotus quodlibeto 4. ad primum principale.

Alij volunt in Deo esse tres subsistentias personales & relationes, & nullam absolutam communem tribus personis, quæ essentia diuina neque subsistens, neque subsistentia dicenda sit.

*Subsistere vnu modo acpi. Primus.*

Vt huius rei veritas innotescat, Conciliaque, & Patres, aliquique Doctores rectius intelligentur, secundum est, subsistere tribus modis usurpari. Primo, vt sit idem quod per se existere, id est, non in alio tamquam in subiecto, quod quidem substantiis omnibus conuenit tam communibus, quam singularibus, etiam humanitat Christi. Imo & substantiis incompletis, ut materia, ac forma equi, &c. Hanc acceptio nem innuere videtur D. Thomas in hoc articulo: quoniam exponi possit, ut in aliqua duarum acceptationum sequentium loquatur. Iuxta eamdem quidam definit subsistentiam esse ens per se subsistens, valēque apud eos hæc consequentia: *est subsistentia ergo subsistens.* Hæc usurpatio minus propria est, nec in ea controvrentur Doctores utrum in Deo sint tres subsistentia.

*Secunda vnu modo acpi. Secundus.*

Secundo modo sumitur subsistere, ut idem soner, quod per se existere, in eo sensu, ut in sua existentia non penderat aliquo, cui quasi inexista, & à quo tamquam ab eo, cui quasi inexista, sustentetur. Quod propriissime est existere per se, id est, sine administriculo alterius, cui innaturatur, & à quo ita sustentur, penderat in suo esse. In hac acceptione nullum viuensale subsistit, quia penderet in suo esse à singulari, in quo sit.

*Humanitas Coripi, non subsistit per se.*

Nulla item forma (præter animum rationalem) neque etiam materia prima subsistit, quia in suo esse dependent à supposito, in quo sine propter mutuam dependentiam formæ à materia, & materia à forma substantiali. Humanitas etiam Christi non subsistit, quia ut modo per incarnationem habet esse in Christo, penderat à Verbo diuino, cui quasi inexista, & à quo sustentatur. Animus vero rationalis subsistere dicitur in hac acceptione, quia quamvis dum corpori est vnitus, in eo, & in tota composite existat; ab eis tamen non penderet in suo esse, sed potest abs separatus existere. Vnde hoc discrimen tradit cœsuevit inter animum rationalem, & cœteras formas naturales, quod solus animus rationalis subsistat. Quoniam vero ipse solus subsistit in scipio, ipse so-

Molina in D. Thom.

A Ius operatur ut quod: ceteræ vero forma, ut id solum, quo suppositum operatur. Ut enim unumquodque se haberet ad esse, ita se habet, ut operetur, ut quo, aut ut quod. Eadem ratione, quoniam essentia diuina in suo esse non pendet à suppositis diuinis, quasi ab eis sustentetur, vel ad sui sustentationem & conseruationem in suo esse eis indiget, dicitur subsistere in scipio in hac acceptione, ut omnes concedunt, caque ratione operatur ut quod.

*Subsistens quid.*

Age vero expendamus, ac constituamus, quidnam sit subsistentia, quæ abstractum est verbis, subsistere, in hac secunda acceptione. Id namque ad intelligenda plurima perutile erit. Dico ergo, subsistentiam hoc modo sumptam non esse aliud, quam existentiam, vel esse, eius quod, ut existat, non pendet à quocumque alio, cui quasi inexista, & à quo sustentetur. Quod enim eo modo existit, ut in suo esse non pendat ab alio, cui quasi inexista, dicitur subsistere in hac acceptione: existentia vero ipsa, vel esse, quo sic independenter à quocumque alio existit, dicitur subsistentia. Quod fit, ut subsistentia in hac acceptione duo includat, nempe existentiam, & negationem dependentie, quodam eam à quocumque alio cui id, quod eam habet, quasi inexista, & à quo sustentetur. Id vero, quod in se habet, unde fundet negationem talis dependentie ab alio dicitur subsistere.

Hinc patet, quemadmodum vocabulis, *suppositum*, & *persona*, non significatur aliquid mere reale & positivum, sed subsistentia contracta per negationem incommunicabilitatis, etiæ ea voces supponunt pro iis substantiis singularibus, quæ tales negationem sibi vendicant, ac in se fundant, ut articulo praecedente explicatum est: ita vocabulo, *subsistere*, non significari formaliter quid mere reale & positivum, sed existentiam omnibus entibus & gradibus entium communem, contractam per negationem dependentie, quodam ipsam, à quocumque alio cui res, quam afficit, quasi inexista: supponere vero pro rebus, quæ tales negationem dependentie sibi vendicant, ac in se fundant.

Ex dictis facilè intelliges, quæ sequuntur. Primum est, sicut Physicè, neque materia est subsistens, neque existentia illius est subsistentia, neque item forma (rationali animo excepto) est subsistens, neque existentia illius est subsistentia, sed totum compositum singulare, quod ex unione formæ cum materia resultat, est subsistens, existentiaque illius est subsistentia: eò quod nec materia nec formæ conueniat à nullo alio dependere in suo esse, cui quasi inexista: sed negatio prædicto modo dependendi ab alio in solum compositum conuenit: ita Metaphysicè, neque hominem communem subsistere, neque existentiam illius esse subsistentiam, neque item id quod Socrates addit supra hominem communem esse subsistens, neq; existentiam illius esse subsistentiam, sed solum Socratem subsistere, existentiamque illius esse subsistentiam: eò quod Socrates solum in suo esse à nullo alio penderat, cui quasi insit, & tam homo in commune, quam id quod Socrates supra ipsum addit, penderat à Socrate in suo esse atque existentia.

Eadem ratione (iuxta eorum opinionem qui arbitrantur, suppositum creatum addere aliquid reali supra suam naturam singularem) neque singulare natura Socratis subsistit, neque existentia illius est subsistentia: neque item id, quod Socrates addit supra suam naturam singularem subsistit, neque existentia illius est subsistentia: eò quod utrumque quo ad existentiam penderat à Socrate: Socrate

*Subsistere significat formaliter existentiam cum negatione dependentie.*

*Subsistere quibus conueniat.*

*Natura singularis quatenus à supposito distinguitur, item que eius existentia non est subsistentia.*

tes autem, qui à nullo alio, cui quasi insit, penderet, & ob id suapte natura efflagitat sibi negationem illam dependentia à quocumque alio, subsistere dicitur, existentiaque illius subsistentia vocatur. Quare hæc consequentia nulla est, personalitas Socratis (id est, id quod cum natura humana in commune aut etiam cum hac numero humanitate constituit Socratem in esse Socratis, arque adeò in esse suppositi, & persona materialiter sumptæ) compleat Socratem in esse rei, cui subsistere conuenit. ergo personalitas Socratis subsistit, aut est subsistentia. Vt enim forma huius equi adueniens materię compleat phisice rationem formalem huius equi in esse rei, quæ subsistit, & tamen neque forma illa subsistit, neque est subsistentia Socratis.

Secundum est. Sicut nullum est absurdum, animalium rationale Diui Petri esse in se quippiam subsistens, & nihilominus in die indicij, ubi fuerit corpori minimè subsistenti iterum vnitus, refutare D. Petrum, ut quiddam aliud subsistens, veram habens rationem suppositi & persona, quod animo non conueniebat: ita nullum esse absurdum, quod certo gradu metaphysico superueniente reiam in se subsistens, quo ea quasi contrahatur ad aliquod substantiale vnum per se, ac incommunicabile, existat distinctum subsistens, esto id, per quod contrahitur, neque subsistat, neque sit subsistentia. Ratio triuia que dicta est, quoniam necesse non est, vt id quod contrahit, aut determinat, vel non subsistens ad esse rei subsistentis (vt hominem in communi, aut humanitatem Socratis ad esse Socratis) vel subsistens iam in seipso ad esse noui subsistentis, subsistens sit, aut subsistentia: quandoquidem negotio dependens à quocumque alio, cui quasi inexsistat, reperi fundarique potest in eo quod resultat, & non in eo per quod completur in rationem rei, cui subsistere conuenit.

Vnde infero. Cūm in diuinis Pater intrinsecè includat essentiam diuinam, & suam proprietatem personalem, & Filius similiter essentiam & filiationem: posse paternitatem & filiationem sumi duobus modis, vt questione precedente art. 2. disputatione ultima explicatum est. Vno tamquam formas totius, vt vocant, ita in abstracto dicant totum quod Pater & Filius includunt in sua ratione formalis. Hoc modo sunt idem prorsus, non solum re & ratione formalis, sed etiam virtute cum Patre & Filio: ac proinde sicut Pater & Filius sunt supposita, persona, ac res subsistentes: ita etiam paternitas, & filatio, esto ut supposita, persona, & res quedam subsistentes sunt, commodius significantur nominibus concisis, quam abstractis.

Altero modo possunt sumi, ut dicunt nudas proprietates personales, nec includunt essentiam, sed cum ea nostro intelligendi more constituant personas in esse rerum incommunicabilium, atque adeò suppositorum & personarum fundamentaliter. Hoc modo spectatae proprietates personales, cum intrinsecè non includant essentiam, non sunt persona, sed quasi principia, nostro intelligendi more, vna cum essentiis constituentia ac complementa ultimum rationem personarum. Quia ergo proprietates personales hoc modo spectatae, quemadmodum radicaliter habent ab essentia, ut sint substantiae, & non accidentia, atq; adeò ut vna cum essentia quippiam substancialiter, & incommunicabile constituant: ita ab eadem essentia tamquam à fundamento, & radice videntur pendere in suo esse; cum tamen cf.

A fentia ab eis in suo esse vicissim non pendaat: quippe cum esto per impossibile non haberet proprietates personales relatiwas, fed esset qualis eam philosophi exsistauerunt, optimè subsist eret in le ipsa: effectivè proprietas personales neque sint supposita, neque subsistant, sed solum contrahant ac determinent essentiam, quæ in se ipsa subsistit, ad esse rei substantialis omnino incommunicabilis, atque adeò ad esse distincti subsistentis, quod propriissime haberationem suppositi, ac persona: cum tamen essentia, nec suppositi, nec persona rationem habeat: ed quod suapte natura communicabilis sit B. suppositis per easdem proprietates personales constitutus.

Ex his constat, proprietates personales in diuinis, nec esse subsistentes, nec esse subsistentias: & nihilominus vna cum essentia constituere distinctum subsistens: eo quod suppositum, quod constituit, fundet non solum negationem dependens à quocumque alio, cui quasi inexsistat, & a quo sustentetur, sed etiam negationem communicabilitatis cuicunque alteri: quod essentia non conuenit. Cūm autem audiatur, proprietates personales vna cum essentia confitentes distinctum subsistens ab essentia, intellige, quod cum essentia non ponit in numerum subsistentium: quemadmodum quando corpus reuniet anima Diui Petri, constituit cum ea distinctum subsistens, quod cum anima ea ratione non ponit in numerum subsistentium, quod eam includat: essentia autem in singulis personis nostro intelligenti more includitur, virtutemque tantum ab eis distinguitur.

Tertio modo sumitur subsistere, vt sit idem quod sub aliis omnibus sistere seu esse: quod solis rebus incommunicabilibus, suppositive conuenit. Vide in hac acceptione subsistere, & esse suppositum idem sunt: quandoquidem suppositum idem est, quod sub omnibus positum, quod soli induciuntur, hoc est, incommunicabili substantia conuenit. In hac ergo acceptione, nec rationalis animus singularis, nec essentia diuina subsistunt: quippe cūm non sint sub omnibus aliis: Rationalis namque animus communicatus est, communicari suapte natura potest, homini singulari, qui proinde illi quodammodo subit. Essentia vero diuina communica est tribus suppositis diuinis, quæ illi quodammodo subsunt, sub illaque tamquam sub re illis communia habent esse.

E Subsistens sumitur duobus modis. Vno, vt est abstractum vocabuli, subsistere, in tribus acceptoribus explicati. Iuxta primam significat existentiam non in alio tamquam in subiecto. Iuxta secundam significat existentiam cum independentia à quocumque alio, cui quasi id, quod eam habet, inexsistat. Iuxta tertiam vero significat existentiam seu collocationem sub omnibus aliis, ita vt nulli alteri sit communicatum, aut possit communicari. Altero modo sumitur subsistens pro re, cui subsistere conuenit: habetque tunc vocabulum, subsistens, vim concreti, cūm significet idem, quod subsistens.

His ita constitutis, sit prima conclusio. Sumpta subsistens in hac secunda significatione, atque vt significat rem, cui conuenit subsistere in terra acceptio eius vocabuli, in Deo sunt tantum tres subsistentia, & non vna essentia illis communis, vt affirmat terra opinio, quam refutimus. Probarur conclusio, quia subsistens in hac significatione idem est, idemque significat, quod suppositum, nempe rem cui conuenit sub omnibus aliis esse, id est, quod nulli alteri sit communicata: quod nihil aliud est, quam esse suppositum, aut personam, si sit rationalis nature:

Proprietates  
adiunctorum ef-  
ficiencia ut co-  
stituas diversum  
sum subsi-  
stens, cum ta-  
men ipsi non  
subsistat.

Relationes  
in diuinis ut  
subsistant.

Proprietates  
personales  
non sunt sup-  
posita.

Tertius mo-  
dus quo sub-  
sistere seu  
convenit.

Subsistens  
est abstractum  
vocabuli, sub-  
sistere à sub-  
iecto.

Subsistens  
interiorum /  
minus pri-  
morum sub-  
sistens.

1. Conclu-

naturæ: sed in Deo sunt tantum tria supposita, aut persona, & nihil datur illis commune, quod sit suppositum, aut persona ergo in Deo sunt tantum tres subsistentia in hac acceptione, & nulla datur, in eadem acceptione, essentia, quæ illis sit communis.

In Deo tres subsistentia personarum. In hac acceptione sumunt vocabulum, subsistencia, multa Cœcilia, & antiqui Patres, præfertim Graeci. Ita sumuntur in Concilio Ephesino in confessione fidei, non semel, & anathematismo 3. habetur: *Si quis in uno Christo dividit subsistentias post unitatem id est, supposita post unum Incarnationis, &c. Anathematismo 4. Si quis in personis duabus, vel subsistentiæ voces dividit, &c.* quo loco persona, & subsistencia pro eodem reputantur. In quinta synodo Anathematismo 1. *Si quis non confiterit unam Deitatem in tribus subsistentiis, sive personis adorandam, anathematizat.* Anathematismo 5. *Si quis conatur introducere in mysterio Christi duas subsistentias, vel personas, & infra, Sed non confiterit Dei verbum carni substantialiter uniri, & proprietatem unam eius subsistentiam, vel personam, & ita sanctam Chalcedonensem synodum unam subsistentiam Domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema sit.* Negare enim adiectionem persone, vel subsistencia sancta Trinitas suscepit ex incarnatione uno de eadem Trinitate Dei Verbo. Hæc ibi. In eadem acceptione usurpat subsistencia Anathematismo 8. In Epistola Agathonis, quæ habetur in 6. synodo actione 4. & tamquam fides orthodoxa suscipitur actione 17. subsistencia, & personæ plures pro eodem reputantur. Et in synodica suggestione 125. Episcopatum, quæ habetur eadem actione quarta, & vt fides orthodoxa suscipitur actione 17. inter alia dicitur: *Vnitatem quidem essentie Trinitatem vero personarum sive subsistentiarum.* Et paulò inferius: *Vnum Dominum nostrum Iesum Christum ex duabus, & in duabus subsistentiis inseparabiliter subsistere non quam sublata differentia naturarum propter unitatem, sed potius salua proprietate viri, nature in unam personam, in unam subsistentiam concurrentem, non in dualitatem personarum disperitum.* In Epistola Sophronij, quæ habetur actione 11. Trinitatem, inquit, pro tribus subsistentiis: *vnitatem autem propter singularitatem Deitatis.* Seu igitur sancta Trinitas numerabilis personalibus facta est subsistentia, seu sancta vnitas extra omnem numerum est. & hec quidem indivisiabilem habet divisionem, & inconsum gerit coniunctionem. Cum dividitur namque numerabilis subsistentia, & numeratur personalibus alternatis, &c. Hæc Sophronius. Et infra: *In tribus est personalibus subsistentiis, neque subsistentias confundentes, & in unam eorum subsistentias disidentes, neque unam eamdem essentiam parientes, & in tres eam essentias disperentes, & unam ex hoc dividentes Deitatem: sed est unus Deus, una Deitas in tribus subsistentiis fulgens, & tres subsistentia & persone in Deitate una cognoscuntur.* Quibus multa alia addit, ex quibus aperèt conflat, apud eum ciuique tempestatis Patres, idem esse subsistentiam, & suppositum, ac personam in rebus mente præditis. In eadem 6. synodo actione 17. in definitione fidei habetur: *Saluata proprietate viri, nature in unam personam, & in unam subsistentiam concurrentem.* Eodem modo sumuntur subsistentia in Concilio Lateranensi sub Martino 1. canon. 6. & 8. In Florentino fess. ultima in decreto de processione Spiritus sancti dicitur, *Filium secundum Gracos esse causam, secundum Latinos esse principium subsistentia Spiritus sancti: cum autem non sit principium essentiae sed persone: sit, ut nomine subsistentia Spiritus sancti, persona suppositumve Spiritus sancti intelligatur.* Eodem modo sumuntur aperiissimum, ac frequenter vocabulum subsistencia in D. Thom.

A stentia in confessione fidei Iustiniani, quæ habetur ad finem primi tomii Conciliorum post Concilium Toletanum secundum, & in testimonio Cyilli, & Theodoreti disput. i. citatis.

Secunda conclusio. Sumpta subsistentia, ut est abstractum vocabuli subsistere secundo modo, vel pro re, cui conuenit subsistere secundo modo, in Deo sunt tres subsistentia personalis, & una essentia illis communis, ut dicebant Caetanus, Miranda, & Scotus. Licet autem acceptio hæc non sit adeo frequens in Conciliis, & apud antiquos Patres, ut est acceptio de qua loquitur prima conclusio, usurpat tamen non raro a doctoribus Scholasticis, et que non contempnenda. Tum quia non impropriè videtur id dici subsistere, quod ita per se existit, ut nullo alio indiget a quo tamquam à sustentaculo in suo esse pendeat, quod est propriissimum per se existere. Tum etiam, quoniam valde expediens est, ut impositum fuerit nomen aliquod, quod eum extendi modum significet: & quod actions, & multa alia, solis eis, quæ eum habent essendi modum, tribuantur tamquam eis qui operantur, ut quod, aut tamquam eis ad quæ terminatur, ut ad terminum qui producitur, ut quod, nec occurrit commodus aliud nomen, quo in existēdi modus melius exprimatur. Atque in hac acceptione vocabulorum, subsistentia, & subsistere, controvèrunt doctores Scholasticæ, quot numero subsistentia sint in diuinis. In eadēque sumunt vocabulum subsistere Gregorius Nyssenus in extarratione vita Moyis, ubi explicans rubi visionem ait, *Solam essentiam Dei versus subsistere.* Videreturque sumere Augustinus, tum alijs, tum 7. de Trinitate cap. 4. & 5. docētque conuenire diuina essentia. Tamet' illud propriè subsistere velit, quod ita non indiget alio, cui innaturat, ut ipsum sit accidentium sustentaculum, quasi subsistens idem sit, quod substantia ut à substantio accidentibus dicitur, quæ causa est cur addat Augustinus, abusu dicte de Deo, magisque propriè Deum appellari essentiam, quam substantiam.

Posterior pars conclusionis, in qua Caetanus cum Durando conuenit, nempe in Deo dari unam subsistentiam essentia in hac acceptione communem tribus personis, probatur facile. Quoniam essentia diuina non minus independens est in suo esse à personis, quā rationis animus à corpore, & à supposito, in quo est: quippe quæ minimè à personis sustentetur, sicut paulò ante ostendimus: ergo essentia diuina subsistit in ea acceptione subsistentia, ac proinde datur in Deo subsistentia essentia, quæ communis sit tribus personis.

Prior vero pars, quod scilicet dentur in Deo tres subsistentia personalis, in qua Caetanus à Durando dissentit, non probatur directe testimonii Conciliorum & Patrum, quæ in confirmationem primæ conclusionis citauimus: quandoquidem in longè alia significatione accipiatur subsistentia in eis testimoniis. Bartholomeus Medina ad tertiam partem D. Thomæ q. 3. artic. 2. censet, esse irrefragabile testimonium pro opinione Caetani illud. Sophronij in 6. synodo, quod supra retulimus, in quo sanctissimam Trinitatem dicit numerabilem tribus personalibus subsistentia: quo in loco sumere non potest subsistentiam pro persona, sed pro existentia independenter à quocumque alio: alioquin, si sumeret subsistentiam pro persona, incepta esset locutio, cum perinde esset, ac si diceret, esse numerabilem tribus personis personalibus. Dicendum tamen est, sumere pro supposito: nam subsistentia apud illos Patres latius

Nn 2 patet

2. Conclusio.  
Quo patet in  
Deo sint tres  
subsistentia  
personalis  
& una com-  
munis essen-  
tia.

patet quām persona, idēmque est quod suppositum. Quare perinde est ac si dixisset, esse numerabilem tribus suppositis personalibus, id est, quæ sunt personæ, in qua locutione nihil ineptum reperitur.

Aperius multò videtur colligi hæc pars simul cum præcedente, atque adeo opinio tota Caetani, ex synodica suggestione 125. Episcoporum sub Agathonem suprà citata, quæ sic habet. *Confirmatur Triumatem personalium, sive substantiarum, non trium nominum substantiam, sed bene trium personalium unam substantiam.* Quibus verbis substantia essentia præter tres personas asseritur: alioquin non diceret trium personalium unam substantiam. Iouterius tamen in sua summa, cum hæc verba retulisset, addidit: *Crediderim id esse mendum postquam esse unam substantiam, loco dictionis unam substantiam.* Sanè idem mihi est fatus vero similiter: etenim in tota illa synodica suggestione, & in epistola Agathonis, semper summis substantiis pro supposito, essetque intolerabilis aequiuocatio immiscere nouam illam acceptiōneni substantiam præter communem motè loquendi illorum Patrum, ut ex dicti conclusione præcedente est manifestum. Adde quodd legendo, substantiam, & non substantiam, coheret optimè sensus: facileque fuit loco verbi, substantiam, transcribere substantiam.

Tres diuinæ persona habent tres substantias.

Prætermis ergo Conciliorum testimoniis, vnde ea pars directè confirmetur, rationibus potest probari. Primo, quoniam unumquodque trium suppositorum diuinorum, quoad suam rationem formalem, cui conuenit esse suppositum naturæ diuinæ, est ens realis, incommunicabile, realiter distinctum à reliquis suppositis diuinis, includensque esse absolutum, & respectuum: sed secundum eam rationem formalem ita spectatam existit independenter à quocumque alio, cui quasi inexisteret, & à quo sustinetur: ergo non solum quoad essentiam, sed etiam secundum suam rationem formalem integrè spectatam, fortiter rationem substantis peculiari quadam, libique propria substantia. Consequentia manifesta est ex declaratione vocabuli substantie in secunda acceptione: est enim habere esse independenter à quocumque alio, cui quasi innaturatur. Maior probatione non indiget: minor vero ex eo est manifesta, quoniam si extiteret dependenter ab alio, cui quasi inexisteret, non esset suppositum, eò quod illi esset communicatum: quare contradictionem implicat, aliquid esse suppositum, & non substitere in acceptione, de qua disputamus. Confirmatur hæc ratio, quoniam unumquodque trium suppositorum diuinorum, quoad eam rationem formalem integrè spectatam, nulli alteri rei innaturat, in qua existat, sit, ut quoad eam substiterat substantia sibi propria, atque adeo ut tria supposita diuina substiterat tribus substantiis relatiæ.

Secundo, ad pluralitatem suppositorum requiritur pluralitas substantiarum, de quibus loquimur, propterè enim Verbum diuinum, & hic homo, ostensio Iesu, non sunt plura supposita, quia habent unicam substantiam: ergo in tribus suppositoris diuinis tres sunt substantiae.

Tertio, si paternitas cum essentia non constitueret substantias quoddam sua peculiari substantias, & similes filiatione, atque spiratio passiva, certè Pater, Filius, & Spiritus sanctus non magis dicerentur tres, quā Verbum diuinum assumens simul tres humanitates diceretur tres homines: quia enim unaquaque humanitas non constituit substantia, sed eadem, quæ anteā erat, Verbum diuinum vñtu simul tribus humanitatibus, non dicitur tres homines, sed vñus homo, id est, vñus habens tres humanitates: quare si relations diuinæ non constituerent substantias peculiari substantias, certè Pater, Filius, & Spiritus sanctus non dicerentur tres, sed vñus, neippe vna essentia substantia habens triplex esse relatiæ: non secus, ac idem lac substantias, licet sit album & dulce, non dicitur plura qualia, sed vñus quale, habens duo esse qualis. Concreta namque neque adiectiæ, neque substantiæ dicuntur pluraliter, nisi vbi adiungunt plura substantias propriis substantiæ, & quia ybi est pluralitas suppositorum, est pluralitas rerum ita substantiæ, inde est, ut vbi est pluralitas suppositorum, concreta, saltē adductiæ, pluraliter dicantur. Confirmatur eadem pars conclusionis, quia si supposita diuina non haberent suas peculiares substantias, numquam sancti Patres & Concilia toties tres personas diuinæ appallasset indistinctè tres substantias, sed cautiū in re tanti momenti, & que tempore controuersia fuissent locuta.

Primum argumentum Durandi: si quid probat, solum est, proprietates personales, spectatas præcisè ab essentia, non esse substantias, nec substitere, quod nos etiam dicimus, non verò probat non constitueret vna cum essentia substantia quippiam sua peculiari substantia. In forma verò ad argumentum posset in primis negari maior. Etenim rationalis animus Socratis subsistit, & tamen Socrates perfectius esse habet, quam suus animus, quandoquidem, ultra animalium, addat materiam, quæ etiam habet suum peculiare esse. Ceterum admissa maiori, ad minorem dicendum est, quoniam in diuinis perfectius esse sit absolutum, quam respectuum, spectatum præcisè ab absoluto, quippe cum illud dicat perfectionem ab solutum, hoc verò neque perfectionem, nec imperfectionem dicat, attamen non esse perfectius, quam id, quod simul includit absolutum & respectuum, ut in diuinis includunt singula supposita: nos autem non affirmamus proprietates personales præcisè consideratas ab essentia substitere, neque esse earum respectuum præcisè spectatum, sed suppositum substiteret, esseque integrum illius habere peculiarem substantiam distinctam re à ceteris substantiis cæterorum suppositorum diuinorum. Quò fit, ut argumentum Durandi non proberet, substantiam peculiarem cuiusque suppositi non provenire simul ab essentia, & à proprietate personali tamquam à complete rationem talis substantis distincti re à ceteris suppositis sub eadem natura substantibus.

Ad secundum, cœcessa maiori, si intelligatur, substantere includere perfectionem (includit namq; existentiam eius rei, quæ substiteret dicitur, & addit negotiacionem explicata: existentia autè illa, vel perfectio est, vel certè perfectionem includit: eò quod nihil substiteret possit, nisi aliquā habeat existentia absoluta) concedenda est etiam minor, de relatione, proprietate personali præcisè considerata à diuina essentia. Ceterum neganda est cœquentia: ex ea namque maiori & minori solū (equitur, proprietates personales, cōsideratas præcisè ab essentia, non substitere,

Responde  
ad argumen  
ta Durandi.  
Ad primum.

**A** non vero sequitur, ipsas personas, quæ includunt essentiam, & addant suas proprietates personales, quibus inter se distinguuntur, habere vnam dum taxat substantiam. Ut enim tres personæ diuinæ sunt tria entia habentia suas peculiares entitatis, & vnumquodque est perfectissimum propter entitatem diuina essentia, quam includit: sic etiam sunt tria entia substantia suis peculiaribus substantiis, in quarum quavis includitur substantia perfectissima diuina essentia.

**A d 3.**  
Subsistere latius patet  
quam absolutum, &  
relativum: non secus ac res,  
accidens, & substantia latius patent, communique  
sunt quibusdam absolutis, & respectu. Quemadmodum autem quando relatum aliquid significatur  
nomine cuiusdam rei, cuiusdam accidentis, vel cu-  
ijsdam substantia, non reciprocatur cum suo cor-  
relativo: nec enim recte dixeris, hec res, ostendo  
patre, et illius rei, nempe filio, hec res, nec in huma-  
nis ostendo patre dixeris, hoc accidens in concreto  
est illius accidentis, nepe filio, hoc accidens, nec etiam  
in diuinis dixeris, hec substantia, ostendo Patre  
eterno, et huius substantiae, nepe Filio, hec substan-  
tia: tamen hec omnes res in se sunt respectu: sicut eti-  
a substantia peculiare Patris, significatum vocabulo  
subsistere, non reciprocatur cum subsistere Filii, sto-  
in se res quedam sunt relativæ, existentiamve respe-  
ctuam includant. Adde, subsistere, quodcumque il-  
lud sit, includere negationem independentis ratione:  
cuius, eto res, quæ subsistit, relativæ sit, vt tamen si-  
gnificatur hoc nomine, substantia, non dicatur reci-  
procè cum suo correlativo. Iuxta hec exponere  
quis forte potest Augustinum, dum assertur *subsis-*  
*te quid absolute, & non relativum, vobis solim*  
*habere modum absolute, & non relativum, vt ita signi-*  
*ficiatur. Veritas tamen est, Augustinum, sicut & Hie-*  
*ronymum, renuisse, eo tempore concedere tria sup-*  
*posita diuina esse tres substantias, arbitratumque*  
*fuisse omnem substantiam esse quid absolute, im-*  
*plicareque contradictionem, quod aliquid sit sub-*  
*stantia, & relativum. Quamvis, cum in eisdem libris*  
*sepe propenderit in eam sententiam, vt dicere, co-*  
*cedi posse tria supposita diuina esse tres substantias,*  
*vt dicitur, ostendit, non satis firmiter adhuc ei*  
*opinioni, quæ asserit, substantiam in diuinis non*  
*comprehendere sub se substantias relativas. Nam ve-*  
*rò hodie satis dilucidum, receptumque est, esse sub-*  
*stantias in diuinis formaliter, & intrinsecè relativas.*

## Q V A E S T I O X X X .

De pluralitate diuinarum personarum.

## ARTICVLVS I.

*Virum in diuinis sint plures persone.*

**O**nclusio affirmat, estque fidei dogma, vt ex testimonio, tum alias, tum quæst. 27. artic. 1. citatis, constat. Circa responsionem ad quartuman-  
maduentendum est, cum numerus trium personarum diuinarum transcendens sit: numerus vero transcendentis sit aggregatum ex multis virutibus, quarum quævis est sola ipsa entitas, quæ dicitur vna, connotando quod indivisa sit in se, & divisa, seu non eadem, cum quacunque alia, efficitur, vt cum entitates trium personarum diuinarum non so-  
lum sint eiusdem perfectionis, sed etiam idem pro-  
Molina in D. Thom.

**A** fus cum essentia (quam singula includunt) ternarius numerus personarum diuinarum, nec proprietas totum, respectu singularium personarum, nec singula personæ sunt partes illius: quod non cernitur in aliis numeris, quippe cum singulare, ac proprium huius numeri sit, vt omnes tres entitates, in quibus inuisit, sint idem prorsus cum vna numero entitatis in singulis inclusa, nempe cum diuina essentia, que tanta est, quanta tota sanctissima Trinitas: quare cum illa in singulis includatur, singula persona tantum sunt quantum tota gloriosissima Trinitas, vt Pater tantus est, quantum omnes tres personæ, simul, tametsi propter oppositionem eti-  
larium entitatis, aliarum personarum adorandis summa Trinitatis non sunt Pater, sed ab eo re ipsa distinguantur.

## ARTICVLVS II.

*Virum in Deo sint plures persone quam tres.*

**C**ONCLUSIO est. Tantum sunt tres personæ diuina. Est de fide, vt locis articulo precedente citatis ostensem, est. D. Tho. eam probat in hunc modum. Personæ diuinae sunt ipsamē relations diuinae inter se distincte: sed in Deo nullæ relations distinguuntur re inter se, nisi quæ opponuntur relaciæ: ergo relations, quæ habuerint inter se oppositionem, pertinebunt ad distinctas personas: cum ergo paternitas & filiationis distinctæ opposita inter se, pertinebunt ad duas personas: spiratio vera, actiua & processio, seu spiratio passiva, quamvis inter se sunt opposita, quia tamen non opponuntur paternitati & filiationi, salrem altera esse poterit in Patre & Filio: hoc autem dici non potest de processione seu spiratione passiva, quandoquidem sequetur Patrem & Filium procedere ab spirante: ergo spiratio actiua conuenient Patri & Filio, atque proinde processio, seu spiratio passiva, quæ opponitur spirationi actiua, conuenient alteri personæ distinctæ à Patre & Filio, eruntque proinde tres tantum personæ in Deo.

Dilucidius deducitur eadem conclusio à Durando in 1. d. 10. q. 22. hac ratione. Personæ diuinae distinguuntur relationibus originis: ergo in Deo est vna tantum persona, quæ à nulla alia procedit. Consequens est manifesta, quoniam si in Deo essent dua personæ, quarum neutra procederet ab alia, neque amba à quadam tertia, illæ non distinguenter relationibus originis: quandoquidem inter eas non esset relatio originis: quare vel non distinguenter, vel discrimen sument à proprietatibus abso-  
lutis, ac proinde essent plures Dij. Hinc Hilarius in libro de synodis. Cum vnu Deus sit, duo inaccessibiles (id est, qui non sunt ab alio) esse non possunt. Est ergo in Deo vna tantum persona, quæ à nulla alia procedit, & hæc dicitur Pater, appellatur etiam à Sanctis innascitum, quod à nulla alia sit: tunc sic proceditur: In Deo sunt tantum duas processiones, eò quod ex eo sunt secundum operationes ad intra, quæ in eo sunt duæ tantum, videlicet intelligere & velle, ut supra est ostensum. Cum ergo iuxta numerum processionum sit numerus personarum pro-  
cedentium, eò quod vbi producio semper est unifor-  
mis, nec indiget materia (vt cernitur in Deo propter omnimodam immutabilitatem & actualitatem) vnum numero duxat producere, inde est, vt persona pro-  
cedentes sint tantum duæ, vna per intellectum, quæ est Filius, & altera per voluntatem, quæ est Spiritus san-  
ctus: quare persona diuina tres tantum sunt.

N n 3 Obiicies,